



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Sect. II. Iesuitarum de cæde doctrina refellitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

bito modo facta, iusta est; item illa, qua quis gravem injuriam cum moderamine inculpatae tutelae repellit, quando aliter fieri nequit. Et ut optime observat Cajetan in sum. V. Homicidium, semper est mortale, ex intentione occidere, privata auctoritate, nec ulla est exceptio. Hinc rei sunt, quotquot id se defendunt, ut occidant, vel non sunt defensione contenti, nisi occidant; secus vero illi, qui occidunt, ut se defendant, cum aliter se defendere nequeant, nisi occidant. Defendere autem licet, ut idem Cajetan cum ceteris omnibus deinde testatur, vitam, libertatem, pudicitiam, bona, honorem, proximum; uno verbo, inquit, necessaria ad vitam & virtutem, tum suam, tum suorum.

SECTION II.

Iesuitica de eade doctrina refellitur.

Iesuiticam doctrinam de homicidio, quam supra fideliter retuli, impugnandam hac sectione suscepi: (a) quo eventu, jam jam constabit. Primum argumentum ab auctoritate Sanctorum Patrum ducis, qui praedictam doctrinam damnarunt: praeter illos, quos Apologista laudaverat, aliquot etiam de tuo penu protulisti. At hi negant, eadem unquam licitam esse, etiam pro vita defendenda, contra D. Thom. & torrentem Scriptorum. Cum igitur vel explicentur, vel ab iis, quantum ad hoc, impune discutatur, cur non idem facere liceat, quando agitur de fortunis & honore? Quia, inquis, cum Leges propriae vitae defensionem permittant, tum Civiles, tum Ecclesiasticae, & communis in eo sit Theologorum consensus; nihil mirum, si ab aliquot Patrum sententia, qua illam fieri prohibet, jure aliqui discesserint. (b) At n. Willhelme, aliqui quasi vero Doctorum tortens hanc justam defensionem suo calculo non approbet, non modò pro vita, verum etiam pro fortunis, libertate, membris, pudicitia, honore, parentibus, amicis; & pro omnibus ad vitam & virtutem necessariis, ut ait Cajetan in supra citatus, ad repellendum omne injuria genus, modò hæc gravis sit, ut ex Ambrosio idem auctor & alii Doctores ex utroque jure colligunt: quasi verò Hieronymus ab Apologista citatus non permittat ad repellendam vim, enervare latronis & piratae fortitudinem. Quoniam verò paucorum putatis scilicet manibus & pedibus. Sed quis neget latronem in eum statum redactum, in quo nocere amplius non valeat, occidi ultra non posse? at, cum vix enervari queat, nisi occidatur, saltem ut plurimum, (nec enim, d. bone, Chirurgi manum expectat,) nunquam ferè enervare licet, nisi simul occidere licitum sit.

Præterea, non desunt, qui pauca illa, quæ vulgò in hanc rem adduci solent, verisimiliter explicent. Velenim rem istam ad terrorem populo conciliandum exaggerant: vel homicidium illud intelligunt, quod ex odio, vel in vindictam, vel per se atque ex professo patitur; non verò ex mero justæ defensionis fine. nempe nemo potest se defendere, ut occidat; licet possit occidere, ut se defendat; scilicet contra injustam vim, & cum moderamine inculpatae tutelae. Vel ita rem intelligunt, ut alius modus vitam fortunæque servandi suppetat; vel quia non mera defensio, sed aggressio ab iis supponitur. Sed cur in his diutius hæreo? cur jam actum ago? consule Willhelme, innumeros auctores, qui de hoc argu-

mento scripserunt; scilicet Eminentissimos Cardinales, Illustrissimos Praefules, Doctores celeberrimos, Theologos & Canonistas, sanctissimos & doctissimos homines. Sed hos omnes, præ tuis Janesio, Sancygirano, Arnaldo, nihili facis. Non deest deus, quæ firmissima ratio, quam Regio-portuensis laquei debuisse. nempe omnem vim injustam, si res gravis sit, repellere possum: sed illa omnis, in quibus supra, gravissima sunt, & ad vitam defendendam necessaria. Quæ sanè lex à natura indita est. Et licet Deus summo jure agens, eas prohibere possit, quæ jure naturæ nobis licent, quam tamen ita agere censendus est: ac prout præcepto illo non occidendi, homicidium injudicium tantummodò verat.

Ut autem omnium ferè Theologorum consensus opponis Augustino, aliique nonnullis Patribus, pro justâ vitæ defensione; cur eundem non opponis pro defensione fortunarum, membrorum, parentum, honoris, pudicitiae? nempe in hanc sententiam idem Theologi omnes descendunt, si doctorum excipiam. Igitur non imminuitur quidem, ut tenet de dieis, Patrum auctoritas, sed benignè ac veritas liter explicatur. Quod dieis, occidi fieri, loquor, jussu; aliqui ex Doctoribus ita censent: iudicium volunt, ejusdem jussu, quamlibet vim injustam repellendam. Sed verius dixerit, naturæ justitiam gerit id fieri. Si enim id natura vetaret; Respontere non posset. Quod demum subnectis, non magnum esse Scholasticorum numerum, qui, servati servandis, pro fortunis & honore defendendum, ipsum aggressorem occidi posse dicant; fallere, Willhelme, & tuo Lectori fœdissimè imponis. Nihil tam pauci id negant, ut vix centesimam aliorum partem faciant: ut constet ex dictis supra. Imò jam ostendi, Iesuitas in hac materia à communis sententia non discedere. Consule, quæsi, si te lege utrumque Apologistam, qui rem hanc repugnat discessit.

Tum congeris (c) multos Conciliorum Canones, contra homicidia voluntaria, immodè & involuntaria. Sed o bone, de injustis homicidiis agunt, saltem presumptis, ad poenitentiam imponendam. Aliquot Canon 22. non 21. quem primo loco citas, hæc tantum habet. Qui voluntarie homicidium fecerit: in perpetuum sit excommunicatus. Idem dico de Canone 17. Agathensis; repetito in Epauonensi. Idem de Canone 16. non ut habes, 28. Aurelianensis quartus: in quo res non perspicue proponitur, ut minime ostendenda esse videatur. Quisquis, inquit, homicidium voluntarie commiserit, ita ut occidere audeat innocentem. Audis? Wodrocki, INNOCENTEM? Igitur injulium aggressorem occidi non vetat, justæ scilicet defensionis jure. Hic tuam fidem. Sed, inquis, illud idem apud Patres vindicta est, quod apud Iesuitas defensionis locum habet. Erras Willhelme, erras; voluntaria defensio honestus finis est: ut quis ad vindictam exultetur; quis eum excuset?

Deinde patientiam valdè commendas. (d) Iulianum sentio. Illud Evangelii de altera manus percussione præbendam, & pallio cedendo munus auferre volenti, non præceptum, sed consilium est. equidem Augustinus ad cordis præparationem transtulit, id est, ad internam charitatem & benevolentiam, quæ homo Christianus, etiam inimicis diligere jussus est. Exemplum Christi, non præceptum, sed consilium patientiæ constituit. Prout mi sanè utilitati studendum, saltem voluntate.

(a) Pag. 380. (b) Pag. 381.

(c) Pag. 382. (d) Pag. 381.

mperare. Cum autem ordinata Charitas censetur:
 totum contumelias & injurias à proximo pati-
 tur, laudabile sit, & virtutis heroicæ; nemo ta-
 men licet, nead id præcepto teneri: alioquin vim
 repellere non liceret. Ne inquis, illum, quem oc-
 cidis, deriduis ad inferos. Ne scilicet eò me deri-
 deris, si fieri potest, ut ego quoque hoxæ lethali ad-
 dictus sum eo temporis momento, quo quis in justè
 præceditur. Præterea, non intendo mortem
 sed propriæ vitæ defensionem. Sed hæc
 est illius generis quæ obicere posses, centies difflata

ferre lepidissimus esse vidēris, dum nihil foris
 ostenditur statuis, nisi quod utile sit, non no-
 tum inimico, qui prodesse velle debemus. Igitur
 si iudicemus ad mortem damnare potest; cum
 iudicium precepto charitatis teneatur: nec ullus
 caritatem virum propriam defendere poterit.
 Quare tibi concedatur: qui tamen ex iis, quæ æte-
 rne salutis, necessariè consequuntur. Quali verò
 tempore alterius bono, licitè præferre non
 potest. Quia, ut dixi, ordinata non sit.

*quod de Charitas, ut dixi, etiam illis non est
fuerit carnis, latrone enervari posse; amputatis
manibus & pedibus, ex benevolentia; ridi-
culum est. Licet enim ex odio adversus illum id fieri
videatur, tamen a proinde illi nocere minimè inten-
tum est. Non tam propria Charitatis iure, meas
inimicitias contra illum tueri. Intento igitur proprie
indignationem, quam tanto procurare non possum,
ut ipsius nocens alteri noceam. Sed hæc tyrones sci-
unt, & habere pudet: tunc me cogisti, qui hac ig-
norans videns; nec distinguas contumeliam illa-
tam mihi, quæ si aliquem attentat, gravi scilicet
perpetrat iniuriâ repelli potest. Sed quid hono-
ramus, quod petitio iam, quid fortunas dico? tu ne vi-
lissimum, quæ aggressor is eade posses defendi, aperte
deus illius principii infestas, hoc tibi tenendum
est. Sed malum cum Doctore Angelico, & omnium
sanctorum turba, secures sentire. Charitatem obten-
di hominum perditissime fecisti fidem; cum animus
illorum mortale odium adversus Jesuitas & Ecclesi-
am Romanam aliat. Hypocrita Charitatem illorum
vidis, qui proprium sanguinem ultra profunde-
re, ut cordi tuo Deus Charitatem infunde-*

SECTIO III.

Dissol-vuntur argumenta Iesuitarum.

Item bonam tuam fidem desidero, *Wet-*
 dockesle finit illud, quo potissimum cares,
 argumens. Argumenta, quibus Iesuitæ probant
 defendendi posse, in sectionis titulo promittit
 defendendi nonitas promissis. Nam præcipua per
 tendentes tetices. Nempe ex naturali principio,
 quoniam vi repellere licet, in iudæ scilicet illatam, &
 obsequiois momenti, manifestè sequitur, quoddam
 genus honoris esse possit inhumiliatio, eaque gravis, in
 personâ scilicet gravi & honestâ, omnes jus habent,
 nullum nullum lesionem accendi ac prohibendi: jus
 nam quicquid lesionem inde mne servare potest, alioquin
 vera non esset. Deinde non modo vitam, quam
 in iudæi tætant, verum etiam alia ad vitam ho-
 minem dandam necessaria iustè defendere possum.
 quænam neget, honorem, verum scilicet, ad huc
 hominem necessarium esse: cum fieri non possit, ut vir

honestus, qui honore omni excidit; honestè vivat.
Sed ne quidem illud solvis, quod refellendum suscepisti. Adducere crudelem illum syllogismum; (a) sic enim vocas. Carior honor, quam corporis salus; at per salutem corporis, licet hominem occidere; ergo etiam pro honore tuendo. Vocas Syllogismum, in quâ formâ aut figurâ: ille terminus carior, item ille tuendo, semel dux ita ponitur. Si Dialecticam nosse Willemes, non adeo ineptires. Equidem ad syllogismum reduci potest. Quis hoc neget? at eo modo, quo dicis, syllogismus revera non est. Confutetur, quo tuos Regio potueris, utrum novas syllogismorum formas invenierit; quas Aristoteles, & qui post eum scripserunt, nescierint. Quid facerem hujusmodi hominibus, quibus soleat esse, in omni argumenti genere, per supinam ignorantiam errare, & quod longè pejus est, erroribus pertinaciter adhærere?

Sed hæc levia, videndum restat, quid opponas, & quoniam pacto argumentum solvas. Primo loco dicis; dubium esse, utrum pro vitæ defensione, in justum aggressorem occidere liceat, servatis, ut ajunt, servandis. Nego dubium esse, quia omnino certum. Dicis præterea, manifestum & constans esse; non licere hominem occidere pro defensione honoris; nec quisquam hæc dere, ut ais, per mille & quingentos annos dubitavit. Nego, id manifestum esse; tuis dictis profecto non stamus, nisi ea luculenter probes. Dico etiam, novam sententiam non esse, sed antiquissimam. Quis enim unquam dubitavit, vitam & necessariam ad vitam honestè ducendam, ac proinde & honorem ipsum licetè defendi posse? Patres inquis, hoc prohibent. Ceddè loca! ab iis enim illud dumtaxat homicidium prohibetur, quod à vindictâ, odio, malevolentia, levi causâ, ac proinde injustâ, directâ intentione, animo malo proficiscitur. Dubitatur, inquis, aliqui, utrum pro defensione vitæ occidere liceat, iique magni & maximi viri. Sed, an majores D. Thomâ? Nullo, inquis, decreto, illorum opinionem Ecclesia reprobavit. Fortè responsa Pontificum, & Decretales, Ecclesiasticarum Sanctionum loco non habes? fat scio, quid tibi velis. In iis enim à culpâ omnimoderatur, qui cum moderamine inculpata tutelæ, in justum aggressorem occidit. Tum argumentum, ut ais, melius invertis: non licet, inquis, pro honore trucidare, aliquem occidere; igitur nec pro vitâ. Antecedens, constantissimum Christianæ disciplinæ caput inepiè appellas. Nempe omnes ferè Doctores illud tibi negabunt, ut constat ex iis, quæ suprâ dicta sunt.

Jesuitica; inquit argumentatio; fallaciâ laborat.
Ostendit paululum. Honor, inquit, quatenus est bonum ejus, qui eo gaudet; nec ad aliorum utilitatem refertur, vitâ ipsâ potior non est; sed exilè quâ est; de quo gaudere, vanitas est; illudque desiderare, ambitio; quatenus verò ad aliorum utilitatem refertur, ita vitâ potior est, ut vitâ potius amittenda sit, quàm aliquid admittatur, unde huic honori labes aspergi possit per crimen, scilicet, vel criminis suspitionem. Egregium sanè Dialecticum! geminus ruz distinctionis membrum adducis: utrumque vitiosum est. Primum quidem, quia falsum; quia verus honor, etiam si ad aliorum utilitatem non refertur, magnum bonum est. Sed non miror, illos homines de honore ita sentire, qui honorem suum hactenus proficiuerunt, & in perpetuum commutatur in infamiam. Nec honoris studium moderatur, vel ambitioni, vel vanitati tribuendum est. Idem de vitâ facillè dicerem.

(a) Page 38.

(2) Page 385.